





14

Pri. 8. Num. 37

1774, 15.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI

AN

HABITATIO SIT
SERVITVS IVRIS
CIVILIS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

161

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISEVVRGENS.

SOGIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XIII. AVGVSTI. ANNO MDCCCLXIV.

DEFENDET

CAROLVSMICHAEL SEGNITZ

MARSTISEVVRGENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



UNIVERSITÄT
DE ALMANTIS
HABITATIONIS
SERVITIUM

IN NOMINE
DIGNITATE
ORDINE

D. CHRISTIANO
PROFESSOR

IN NOMINE
D. CAROLUS

CAROLUS MICHAEL
EX ORDINE






AN
HABITATIO SIT
SERVITVS IVRIS
CIVILIS



§. I.

 Est alia hominum *seruitus*, alia *seruitus* rerum. Huius obiectum seruiens est *res*, illius vero homo. Inde venit, vt veteres Icti statuerint seruitutem rerum *in faciendo* consistere non posse, teste POMPONIO in *L. 15. §. 1. π. de Seruit.* quippe res haud faciunt. Obiectum vero dominans in seruitutibus illis, in quibus res seruit, interdum persona esse potest, interdum rei debetur. Quo venit, vt *aliae* dicantur seruitutes *personales*, in quibus res personae seruit, *aliae praediales* seu *reales*, in quibus res rei seu praedio seruit. Personalium seruitutum quatuor species Iuris civilis libri adlegant, non, quod aliae seruitutes personales

les esse nequeant, sed, quod illae quasi per eminentiam personales sint, cum nunquam reales fieri queant. Sunt vero illae personales seruitutes: *ususfructus, usus, habitatio* atque *seruorum operae*. Nos tantum quaedam de *habitationis iure* dicamus, maxime an *Ciuilis iuris* seruitus sit.

§. II.

Non consentiebant veteres ICI in Seruitute habitationis. Satis constat, Sabinianos sua opinione recessisse a Proculeianis, Miscelliones quoque existebant, qui in hac materia nec Proculi, nec Sabini partes sequebantur. Sabinus quique eius scholae affectae erant, habitationem putabant esse aedium tantum usum; quare et *VLPIANVS ad Sabini Libr. Septimum decimum in L. 10. pr. π. h. t.* scribit. *Si habitatio legetur, an perinde sit, atque si usus, quaeritur, et effectu quidem idem paene esse legatum usus et habitationis, et Papinianus consentit libro octauo decimo quaestionum.* Proculus contra habitationem videtur habuisse aedium usumfructum, cuius Proculi sententiae probationem petunt ex §. 5. *I. de Usu et habitat.* quippe *Marcelli*, quem Proculeianum fuisse scimus, opinionem allegauerat Imperator Iustinianus, ut est apud *Edm. MERILLIVM in Obseru. Iur. Ciuil. II. 28.* Sed putem probari quoque posse ex ipsa noua Decisione ex quinquaginta Iustinianeis, quae est in *L. 13. C. de usufruct. et habitat.* Nam in ea decisione legitur: *Cum antiquitas dubitabat, usufructu habitationis legato: et primo quidem cui similis esset, utrumue usui, vel usui fructui; an neutri eorum, sed ius proprium et specialem naturam sortita esset habitatio.* caet. Concludo cum Sabinus ad usum referret, tuto concludi posse, Proculum in contrariam abiisse opinionem et ad usumfructum retulisse, a quibus utrisque *Erciscundi* recedentes, proprium ius et specialem naturam habitationi tribuisse. Legi meretur *MASCOVIIVS de Sectis Sabinian. et Proculeianorum Cap. IX. §. VII. 3.*

§. III.

§. III.

Composuit tandem hanc litem Imperator noua sua decisione allegata in *L. 13. C. de Vusufruct. et habit.* Cum enim mediam sententiam nonnulli sequerentur, putantes in habitationis seruitute posse inhabitatorem quoque habitationem locare, in quo consentiebant cum Proculeianis, quamuis omnem vsumfructum contineri negarent, dissentiebant vero a Sabinianis, qui habitationem cum vfu comparabant et locandi facultatem improbant; huic simul seruituti propriam quasi naturam adserbant, quod fecisse videntur *Priscus* et *Neratius* apud *VIRIANVM* in *L. 10. §. 2. π. de Vsu et habit.* Scribit: *Sed si se relictus sit; ILLI DOMVS VSUSFRUCTVS HABITANDI CAUSA: virum habitationem solam, an vero et vsumfructum habeat, videndum: et Priscus et Neratius putant, solam habitationem legatam, quod est verum.* *IUSTINIANVS* itaque hanc mediam sententiam cit. *Leg.* comprobauit omnemque dubitationem refecauit. Concedit ergo dominanti licentiam locationis et sic propriam naturam constituendo diuersam pronunciat habitationem ab aedium vusufructu et vfu. Testatur hoc ipse Imperator *IUSTINIANVS* in §. 5. *I. de Vsu et habit.* Ait: *Sed si cui habitatio legata, siue aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque vsumfructus; sed proprium aliquod ius.*

§. IV.

Iam vero ad nostram quaestionem veniamus, videlicet an sit haec seruitus iuris ciuilibus. Quo rectius intelligamus, ante omnia difficultas illa, quam habet *MODESTINVS* in *L. 10. π. de Capiti demin.* eruenda videtur. Scripsit *ICTVS*: *Legatum in annos singulos, vel menses singulos relictum, vel si habitatio legetur, morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis deminutione tamen interueniente perseuerat: videlicet, quia tale legatum in facto potius, quam in iure consistit.* Postrema legis verba difficultatem

sicutatem maxime pariunt, quia tale legatum in facto potius,
 quam in iure consistit. Mallem pepercisset LUDOVICI in Doctr.
 Pandect. Lib. VII. Tit. VIII. §. 3. Modestino. Neque enim
 ille est, qui dictatoria quasi autoritate scribere poterat; ratio
 tamen, quia magis in facto quam iure consistit, **NON EST**
ADAEQVATA. Nam habitatio, tanquam servitus omnino in
 iure consistit, si vero ad factum habitationis respicias: usufructus
 et usus eodem modo in facto consistunt. Facile patet, non intel-
 lexisse eundem, quid sit consistit in iure, consistit in facto. Non
 adscribo omnium sententias et interpretationes ad hanc Mode-
 stini decidendi rationem. Explicant nonnulli in hunc modum,
 quod habitatio non tam respiciat ad personam, quae habitat,
 quam ad rem, quae inhabitatur, nec quaeratur, an ille capax
 sit iure, sed an vivat, et aedes supersint, quas facto inhabitare
 possit. Ita MERILLIVS ad Decisiones Iustin. ad L. 13. C. de usufr.
 et habit. et GYNDLINGIVS in Gundling. Part. XVII. et alii. Sed
 cum personalis servitus sit, vnde dicamus non ad personam
 respiciendum, sed maius ad rem. Et quis negat in usufructu
 pariter et usu quaerendum esse, an supersit res, vtenda fruenda
 data. Neque haec interpretatio videtur rationem continere,
 cur neque non usu, neque capitis deminutione pereat habitatio.

§. V.

Dicam ergo, quid mihi videatur. Puto, habitationem
 Iure Anteiustiniano non fuisse Servitutem iuris civilis, seu
 quae lege determinatam acceperit naturam, sed facto magis
 introductam. Factum inde est, vt Iure Consulti duas tantum
 servitutes personales referant. Sic MARCIANVS in L. I. π.
 de servitutib. ait: *Servitutes aut personarum sunt, vt usus et usufructus.*
 Eius caet. Neque enim tempore Ictorum plures referri po-
 terant servitutes personales. Nam sicut de habitatione dubita-
 batur, ytrum ad vsumfructum, an ad vsum referri posset, ita
 operas serui teste TERENCEIO CLEMENTE in L. 5. π. de
 Oper

Oper. Serui. ad vsum retulere. Ita scribit: Operis serui legatis, vsum datum intelligi, et ego didici et Iulianus existimat. Haud ergo alias referre poterat Marcianus seruitutes personales praeterquam vsum et vsumfructum, cum habitatio et operae iure non essent definitae, et sic non confisterent in iure, vt vsumfructus et vsum, sed facto magis introducerentur: Donec sublatis veterum altercationibus definitam vtriusque naturam lege sua constitueret Iustinianus.

§. VI.

Cum itaque habitatio haud esset seruitus iuris ciuiliis, nec in iure confisteret, iam facilior erit causae explicatio, cur neque capitis deminutione, neque non vsum periret. Quod ad capitis deminutionem attinet, BACHOVIVS ad *Instit. §. V. de vsum et habit.* interpretatur de minima capitis deminutione. Sed cum vsumfructui et vsum opponatur, vt quasi contrarium sit in habitatione et operis seruorum, non minima, sed et media et maxima intelligatur necesse est, quippe quae vtraque vsumfructum et vsum tollebat. Cum enim Romae peregrinis habitatio non negata sit, quippe alias ibi commorari non potuissent, neque habitationis seruitus forsitan negari potuit, cum non esset ciuili iure seruitus definita, sed in qua concessa magis ad naturalem praestationem respiciebatur, hinc nec solis constituebatur ciuibus, sed et aliis, quibus alias habitatio negari haud poterat. Sicut et in operis seruorum obtinuit. Quis enim neget, peregrinos Romae habuisse seruos, qui dominis operas praestarent, cum serui ipsi interdum vicarios haberent adeo seruos. Mirum ergo non est, respexisse magis Ictos ad habitationis factum quam ad inhibitoris factum et sic recte adseruisse Modestinum, capitis deminutione eam non perimi.

§. VII.

Neque amplius difficultas erit, cur non vsum haud amittatur habitatio. Cum enim in non vsum libertas naturalis vsumcape

caperetur, vfucapio vero ad eas iuris partes referenda, quae originem capiunt ex ciuili iure, quippe eam ignorabant naturalia iura, hinc Modestinus, cum habitatio ex ciuili iuris rationibus non deduci posset, cum adeo, qui de habitatione disputabant, incerti essent, ex qua specie diiudicanda esset illa habitationis seruitus, vtrum ex vsufructus an vsus specie, maxime cum lege illa seruitus definita non esset, putabat, idem ius habitandi datum neque ciuili modo amitti posse, vfucapta quasi libertate naturali, quippe quae ad ciuiles tantum causas pertinebat. Et ex eodem iure in operis seruorum iudicabant. Magis ergo veteres, cum nondum habitationi singularis natura lege et iure data esset, nisi quod nonnulli ICtorum opinarentur eam, ex factis seu gentium moribus hoc habitandi ius iudicabant, quam ex rationibus iuris ciuili. Adde ad intelligendum seruitutis huius vsu, quae dedit de LYNCKER *de Iure habitationis.*





VD
18

ULB Halle
002 689 030

3







14

Pr. 8. num. 37

1774, 15.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
HABITATIO SIT
SERVITVS IVRIS
CIVILIS

QVAM

1791

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISVVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XIII. AVGVSTI. ANNO MDCCCLXXIV.

DEFENDET

CAROLVSMICHAEL SEGNITZ

MARSTISVVRGENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

